

V
348

AK 46.

62
Ad Actum valedictorium solennem.
de

Regiis & Electoralibus Saxoniscis Edictis
q'ibusdam laudatissimis,
in quo

Juvenes Ornatissimi, Sovarissimiq; baculum Discipuli
& Convictores,

JOHANNES GODOFREDUS BEYERUS,

Dresdenis,

commendatus

Edictum promulgatum, spectans es alienum, q'vod Studiosi in Academiis
contrabunt, & argentarias literas ab ipsis nemini
tribuendas,

Ec-

GOTTLOBIUS ERNESTUS WERNERUS,

Dresdenis,

commendatus

Edictum de Vindictâ privata, Injuriis, pacis turbationibus &
Duellis tollendis,

Die proximo Lunæ, VI. Idum Aprilis, horâ IX.
antemeridianâ

in atrio e'dium Rectorialium.

verba postrema hic ex memoria promptâ facturi & his Carmina La-
tina & Germanica subjuncturi sunt,

Eosque

officii significatione debitâ pñsq; votis
prosequetur

JOH. GODOFREDUS STÜBELIUS, Annæmontanus,
simil disceurus

de Edicto, q'vod ad egenos attinet & Mendicos,
humanitate q'vâ par est

Omnes Eruditos viventes hic & Conatibus honestis faventes,
in primis Collegas suos honoratissimos invitatum it

HAC DISSERTATIONE

de Edicto gestationem gladiorum cuivis
non concedente

M. JOH. JACOBUS STÜBELIUS,
Rector Illustris Afrani.

MISENA,

Typis SPAHNIANIS, Anno MDCCXX.

LLCC



IPSE fecit & faciet!



Primum Nobilitatis ornamentum & equestre
sempteresse gladium, negabit nemo, cum
capulo etiam nobiliorum defunctorum sive
sandapilae imponi, inque; perpetuum signum
iporum conditionis in templo suspensi fo-
leat. Rosinus arguit, Romanis gladium fu-
isse Magistratus insigne. Creati Praefecti
praetorio coram Senatu stricto donati gladio
fuerent; cuius rei rationem addit Hadr. Tur-
nebus in Adversariis. Güntherus in Li-
gurino, quem dicit, suo adducit viros, quos gladius mundo facit esse
verendos. Comites in Anglia inaugurandi gladio accinguntur à Re-
ge, tanquam Jurisdictionis sue symbolo. Matthaeus Paris, Mat-
thaeus Westmonasteriensis & Rogerius Hovedenus tridentibus id
hoc subjecere. Discimus è Corippo, recens creato Imperatori da-
tum fuisse gladium, tanquam summum jus eximiaque; potestas per il-
lum significanda foret. Quamobrem cuivis permitti, ut gladium ge-
stet, lateri adhaerentem, quis dignum aut consutum putaret? Obvi-
am ivit merito temeritat multorum & libidini praeconio major o-
mni, Rex noster Clementissimus, dum IV. Kal. Sept. A. M DCC XIX. quid
circa eam rem fieri velit, Dresda publicata edixit lege. Nimis
quæltus de eo est, non sine maxima indignatione, quod aduersus pro-
mulgata jam Ao. M DCC VI. & M DCC XII. edita indignissime pecca-
tum fuerit, & in primis opificum procerumque; famuli pedisseque vi atque
alii plures, quibus id juris non competat, morem illum gladios ge-
standi reduxerint ac vulgariint. Ut adeò causa extiterit, obquam il-
Jud Mandatum iterum renovaretur. Severè igitur vetitum, ad caven-
da varii generis incommoda & maleficia, gestare rela subalaria cu-
juscunque speciei pueros servosque; non unius ordinis, tam in urbe,
quam in suburbis, & præceptum, si quis, cui arma minimè conve-
niant, audeat violare sancta hæc, in aulâ per satellites aut cum,
penes quem imperium custodiæ, extra illam verd in portis, & ubi
excubias politæ, sine discriminâ ullo auferantur ei enses & tela simili-
a; si etiam verbis vel reipsa reluctari voluerit, illicò abducatur in
carcerem, gravique, pro criminis modo, afficiatur pena. Exempti ta-
men Senatores in oppidis amplioribus, mercatores & negotiatores
nobiliores, pictores celebtes, statuarii, horologiorum minorum fa-
bricatores, & alii artifices, aurifabri, mercatorum ministri, typogra-
phi, chartæ confectores, tonfores, balneatores, capitallinentorum con-
cinnatores, nec non aulici jaculatores, & hortulanii Dresdæ ac Lipsiæ,
magiri Principum & summorum domini militiæque. Prefectorum, omnes
cives vigilias armis obeuentes, & iter facientes cuncti cum suis, modò
non tentetur aliquid sub iustissimo praetextu, Edicto huic iniunctum.

Atque; hoc æqvitate ipsa nititur, & more veterum comprobatur,
qui promiscue gladii usum omnibus haud concessere. Arma & in
illis gladiis sumere apud Germanos prisca non ante cuiquam li-
cuit, quam suffectum civitas probasset. Tum in ipsis coitiis vel
Principum aliquis, vel pater, vel propinque scuto frameisque; juve-
nem ornavit. Hunc apud illos primum juventutis honorem fuisse,
Tacitus, ubi de moribus agit Germanorum, testatur. Frameam au-
tem etiæ vulgo pro hasta seu spiculo, ut Cluverius etiam vult, acci-
piatur, tamen sunt, qui cum Ildoro gladium quoque; seu rhomphæam
interpretentur. Iti congettudini respondet nostra illa, à Berneggero
inde deducta, quam in legibus veteribus Nobilibus Germanicis jus gla-
dii manet alteri cuidam conferendi. Nam vel ab ipsis, vel à Prin-
cipi-

cipibus in aulis suis, quasi emancipatis, ritu antiquo, alapa infligitur à nemine posthac alio ferenda, & sic ferendis armis aliquis idoneus pronuntiatur. De quo Kirchmaierus in notis ad Tacitum potest consuli. Caspar Barthius peculiari scripto docuit, ut hodiè sic & olim neminem arbitrio suo, sed Principum aut militaris alicuius Praefecti autoritate gladio se unquam accinxisse. Apparet ex orationibus Ministrorum dignitate excellentium, quæ Lipsiae Ao. M DCC LIX, in lucem prodieré, quomodo iis, quibus gladius ita tribuitur, justâ ratione posthac adhibendum, admoneantur, cum dicuntur, non idcirco illuminari, ut usurpet contra DEum, hujusq; sancta eloquia, veram Evangelicam Religionem, Sacrum Romanum Imperium, patriam ejusq; libertatem, multò minus contra Dominos illum conferentes, minime omnino contra inermes, ut siccarii solerent, aut soluio ac pertulaniore modo ad res improbas nefariasq; per licetiam effrenem, sed ad promovendos DEI sermones, ejusq; gloriam amplificandam, veram tuendam Evangelicam Religionem, defendendam famam, patriam, S. Rom. Imperium & Germanicam libertatem, Dominorumq; cum opus fuerit, causam familiamq; impendio etiam sanguinis propagandam, ac lassam malculè vindicandam, omnem quod iniqvam vim forti repellendam manu.

Etiamsi verò his illisvè facultas gladium gestandi non admatur, sunt tamen tempora & loca, in quibus neminem decet gladio accingi, aut accinctum incidere. Apud Tacitum in Annalibus Calpurnius Piso, Romanus eques, ferocia accusatur, quod gladio accinctus introiverit curiam. Cum in Codice Theodosiano Consiliarius Cæsaris in urbe interdicitur sagi militari: multò potius ense interdicitur ipsis, quem Tiraqvellus etiam Nobilibus in confessu, & quoties deliberatur de rebus gravibus, perspicue negat. Sed hæc posteris temporibus antiquata fuere. Hodieq; ut cognoscitur è Limnæo, cum eligendus est Romanus Imperator, in templo D. Bartholomæi Francfurti, deponi gladios ab Eleitoribus & famulito eorum fas est, non tam ob sanctitatem loci, quam ut significetur, ipsos in hoc negotio potestati sue viribusq; renunciare, & ut reverentia majore ab inermibus religiosus ille ritus, quo jurandum est, peragatur. Quam legem Carolus IV. sanxit. Hoc avo licet Princes ac Reges Europæ, Czaarem etiam cum gladio adire, quod olim non licuisse, Adam Olearius in Persico itinere descripto, & Schefferus in memorabilibus Svet. gentis autores sunt. Coram Veneto Senatu prohibitum id Thomas Hubertus in Annal. Friderici II. Palatini & Menochius docent. Venetiis quoque cum Bacchanalia celebrantur, & personati confluent multi, gladios gestare secum nulli permittitur, quod & in aula nostrâ, institutis ejusmodi solennibus ac ludis, intermitte oportet. Sicut & Studiosis in Academiis nonnisi gladii positis aditus ad Rectorem Magnificum patet. Et in omnibus locis, in quibus judicium exercetur, a comparentibus in iis, ut inermes adsint, exigi putamus. Ad eas sacræ tutæ & impunè intrantur ab armatis. Nihilò secus Dan. Otto Kegelius, Quedlinburgensis Diaconus, Machærologiam sive inauguralem Dissertatiouem XVII. Kal. Dec. Ao. M DCC IX. Helmstadii, sub D. Christiano Wideburgo proposuit, de gladio in sacramentorum, ut ea mysteria vocantur, reverentiam deponendo, ab utroque ordine, Theologorum & JCIorum Jenensium approbatam. Disceptatur de eo præcipue, an suscepitoribus invitatis, cum sacro fonte tingendus est Infans, concedi debeat, gladios habere latere appenos, & an injuriam inferat Sacerdos ei, quem propterea appellat ac moneat. Qvicquid in utramque partem afferri queat, legatur in Secretarii, ut dicitur, variis negotiis occupati, Expeditione IV. A. M DCC X. Eam item

11 548 FR X 374610 VD 18

item non facio meam, non diffiteor tamen maximam loco de actui
facto reverentiam deberi, & secundum D. Pauli monitum omnia,
in sacris præfertim τυσχημάτων καὶ κατὰ τιένον gerenda esse: judi-
candum verò legibus latius & conseruandis recepta. Dresdæ
sæpius vidi negotio huic sanctiori fortunæ ac dignitatis ampliores
Viros, gladiis armatos, adfittare. Nec jubentur uspiam sponsus cum
nuptiâ suâ copulandus, hospitesq; ejus inermes adesse. Quid Poloni
ac in cinas fuos, qvos in templis gestant, cum certus canitur hymnus,
piè stringunt, exsultant; gladius pars conditioni hominum
qvorumdam convenientis vestitus. Lepidum dicam, an abfonum
illud, qvod à sentientibus non perperam fieri, cum ab operantibus
qvibusq; sacris gladii gestantur, allegetur Carmen Davidis CXLIX.
in quo diérum, omnes DEO sanctos eo potituros honore, ut juxta
ora DEÙm exaltant, acutos etiam habituri sint gladios; Item illud
Christi in Historiâ Lucae: Non habens peram aut facculum, vendat
tunicam, emarcij, ensem; præterea statuatur Petrum ensem habuisse
secum, cum sacratissime coenæ adfuit, ut verisimile fiat ex eo,
qvod Malchus eo aurem postea præcederit. Sanè controversia illa
mota de gestatoribus gladiorum, adfuturis sacris mysteriis, aliud re-
sponsum dissentientis prolixit, sub specie responsi Theolog: & Juri-
dici, qvô illi Jenensi contradicitur. Qvapropter Christianus Doshle-
rus sub titulo male propugnat gladii universalis comprehendit, nec so-
lum Jenense repetit responsum, sed etiam typis extcriptum alte-
rum adjunxit illi opposuicq;

Sacri ordinis hominum & Academicorum non meminit Edictum
Regium, cum his non illicita hodie sit gestatio gladiorum, qvamvis
olim ut è Dissertationibus Academicis Buchneri liquet, etiam Prin-
cipis autoritate iussi fuerint abstinere ab ea: illi autem temere gla-
diis portando non arrepturi sint. Hieronymus dicit, à Sacerdoti
Mosen & Aaronom imitandos. Cum igitur Moses contra hostes neu-
triam pugnârît, neq; gladium lateri applicerit, nec illi hoc au-
dendum. Jus Pontificum diserte vetat seditiosos contra præfectos
sibi arma monasteris inferre, fugitivis etiam in his & templis polli-
cetur securitatem non alio pacto, qvâm si sine armis in eâ se recipi-
ant, aut extra illa hæc deponant. Sicut & Caspar Sanctius, Societ.
Iesu quidam, non incelebris, gladio Spiritus non gladio ferreo Theo-
logis utendum scribit.

Cur præterire Sereniss. ac Potentiss. Regis Mandatum, qvô su-
periore anno Extraeis, ut dici solent, Echolæ nostræ discipulis in-
junctum sapientissime, ut gestationem gladiorum déhinc fugiant? Ob-
temperarunt huic, ut ipsos decuit, omnes, licet dolor, hinc ortus sit
in nonnullis, qui aliquos se esse putant, cum ensiculus lateri adhæret.
Qy formula Nicias Erythræus in Pinacotheca uitur. Scythæ &
Sauromatae pro Deo enim coluere sacrificiis, ut in Bohuslai Balbini
Historiâ Regni Bohemicæ cernitur. Vaniores etiam enes magni asti-
mant fuos, & in majore habent pretio qvâm deberent. In Hispaniâ
non est tam vilis qvispiam homuncio, adeoq; nec rhedarius, qui non
gladio accinctus inventatur, non solvendâ etiam cum naturâ obse-
quendum est, qvâliq; vobis membrorum corporis esset, ut Zehnerus
in novellis suis Ao. M DC XCVI, id affirmat. Necesse profecto foret,
ut qvum tam prompti sunt aliqui ad extrahendos è vaginâ gladios &
alios vulnerandos, gladius illorum sigillum imprimere non refrin-
gendum, ut Pompejus militibus fecit, flagitiis gerentibus se, apud
Plutarchum in ejus vitâ, & Kirchmannum de annulis scribentem, aur
clavo illi vaginæ affigentur, uti Teridades Armenia Regnum sibi
à Nerone petitus apud Xiphilinum fecit suo.

FINIS.

V
548

AK 46.

62

Ad

*Aetum valedictorium solennem.
de*

Regiis & Electoralibus Saxoniciis Edictis
qvibusdam laudatissimis,

in quo

*Juvenes Ornatissimi, Suavissimiq; bætenuit Discipuli
& Convictores,*

JOHANNES GODOFREDUS BEYERUS,

Dresdenis,
commendaturus

*Edictum promulgatum, spectans es alienum, qvod Studiosi in Academiis
contrahunt, & argentarias literas ab ipsis nemini
tribuendas,*

Ec

JOHANNES ERNESTUS WERNERUS,

Dresdenis,
commendaturus

*indicta privata, Injuriis, pacis turbationibus &
Duellis tollendis,*

Lunæ, VI. Iduum Aprilis, horæ IX.
antemeridianæ

in atrio eðium Rectorialium

ex memoria promptâ facturi & his Catmina Latina & Germanica subjuncturi sunt,

Eosque
cii significatione debitâ pñsq; votis
prosequeverur

GODOFREDUS STÜBELIUS, Annæmontanus,
simil diðurus

*lo, qvod ad egenos attinet & Mendicos,
humanitate qvâ par est*

*iventes hic & Conatibus honestis faventes,
ollegas suos honoratissimos invitatum it*

DISSERTATIONE

gestationem gladiorum cuivis

non concedente

OH. JACOBUS STÜBELIUS,
Rector illustris Afrani.

MISENA,

PAHNIANIS, Anno MDCCXX.

LLCC



Farbkarte #13						
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White
1	2	3	4	5	6	7
Centimetres						
1	2	3	4	5	6	7
Inches						